

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

exemplar, & dignissimum doctorem ad ipsos mittit, iisq; sistit
& commendat.

“ V. 17. Δία τῆς ἐπεμψῆς ὑμῖν τὸν Τιμόθεον.

“ Nempe qui verbis latinis explicet ea, quæ breviter hæc epi-
“ stola comprehendit,

“ ὅς ἐστι τέκνον μὲν ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ.

“ Nam à puero comes Apostolo hæserat. Vide II Tim: I, 5.

“ I Tim: IV, 6. Vide quæ diximus in appendice de Antichristo.

“ Ideo Timotheum non communi illò, sed specialiori sensu

“ τέκνον vocare consueverat Apostolus I. Tim: I, 2, 18. 2.

“ Tim I, 2. II, 1.

“ ὅς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδοὺς μὲν, τὰς ἐν χειρῶν, καθὰς παρ-

“ ταχῆ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω.

“ In memoriam vobis reducer, quomodo ego, & vivam ipse

“ secundum Christi præcepta, & vivendum esse doceam. Ἀνα-

“ μνήσει τὸν ἄνθρωπον.

“ Non de vitâ tantùm monendi, sed in doctrina etiam infor-

“ mandierant. Hæc enim ambo ad vias Apostoli in Christo perti-

“ nebant, quæ utraq; etiam Apostolus ubiq; in omnibus Ecclesiis

“ docuit. Commendat ipsis Timotheum (1) à cognatione spi-

“ rituali. Est enim Pauli filius spiritualis, ergò recipiant ipsum

“ ut fratrem in Domino. Nam & ipsos filios suos nominaverat

“ (2) A fidelitate in officio, quia fidelis est in Domino, hoc est in ope-

“ re Domini, quod ipsi commissum est apud ipsos. (3) ab officio

“ ipso. Commonefaciet enim vos vias meas hoc est instituta meæ,

“ doctrinam atq; vitam meam, quam per Dei gratiam gessi incul-

“ patam, vobis enarrabit, & tantùm non præsentabit (4)

“ à præstantia doctrine suæ. Non enim sua somnia aut no-

“ vi aliquid vobis proponet, sed eam, quæ sonat jam in omni

“ Ecclesia, doctrinam catholicam, & ad salutem sufficientem.

“ Timotheum igitur audituri, me ipsum audietis, ut hic B. Balduinus.

“ Timotheum & Corinthios ad doctrinam Apostolicam adstringit, ne quid

“ præter eam Ecclesiæ obtrudere, aut recipere velint: Multo autem

“ minus aliis doctoribus, qui ministri Christi haberi volunt, à viis Apo-

“ stolorum deflectere, aliudve doctrinæ genus invchere licet, præter

id,